




Filio meo charo et obedienti
Friderico Ernesto Haffema
in futurum usum praecepit
consecrat Pater
dissertationis his clinicae
M DCC LXXXIII. M. May.

Xc. 37.

Disertatio. clinica.

1. Praxis clinica febriem c. causticis.
 2. - - - inflammationum - - .
 3. - - - haemorrhagiarum - - .
 4. - - - dolorum - - - .
 5. - - - Convulsionum - - .
 6. - - - morborum Spasmodico-convulsiorum.
 7. - - - - - Spasmodicotum
 8. - - - - - ex atonia cerebri.
 9. - - - - - viscerum
 10. - - - - - uteri vitio.
 11. - - - - - glandularum vitio.
 12. - - - - - infantum.
-



Z.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS
TRADES

COMPENDIOSAM ET CLINICAM PRA- XIN INFLAMMATIONUM CUM CAUTELIS,

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORUSSICI HEREDE &c. &c.

SUB PRÆSIDIO

DN. FRIDERICI HOFFMANNI,
MED. D. EJUSD. ET PHILOS. NAT. P.P. ORDINARIL.
POTENT. REGIS BORUSS. CONSILIARII ET AR-
CHIATRI h.t. DECANI,

PRO LICENTIA

Summos in arte medica honores juraque & Privilegia
DOCTORALIA more majorum, legitime assumendi

d. Januarii, Anno Salutis M DCC V.

IN AUDITORIO MAJORI,

horis ante & postmeridianis,

Publico eruditorum examini submittit

LUDOVICUS HACK, von Anderau/
Bucho-Fuldensis, Medicinæ Practicus Viennensis.

HALÆ MAGDEBURGICÆ. Typis JOHANN. GRUNERI, Acad. Typogr.

Dissertatio Medicinae Inauguralis
Tractans
COMPENDIOSA
ET CLINICAM PRA-
XIN INFLUENTIAS
CUM CAUTELIS
Officium
REGULAE MAGNITUDINE ENTITATIS
PER ASTRONOMIA TECTICAS AC DOCTRINAS
DN. FRIDERICO WILHELMO
RECOI BORGUSCII HERDE RE SE
SUA TRACTATIO
MEID DEIUS ET PALLORIS MATER ET ORDINARIE
LONTEN RICCI HORDEI CONSILLARII ET AR-
QUATRINA DECIMI
PRO HIGENIA
SCIENTIA IN SILENTIO: PRACTICAE IN SILENTIO
DISCERNITUR TOTUS PRACTICUS, ILLIGITUR DISCERNITUR
FRIDERICI VON SPALTINUS MDCCXV
IN PRACTICO MAGISTRI
FRIDERICI HACR. HON. MELITONI
HACR. FRIDERICI MAGISTRI PRACTICAE AVENSIS.
HACR. FRIDERICI MAGISTRI TAB. IOHANN. GRUNER. Acad. Tabular.



PRÆFATIO.



Lures mortalium extinguuntur vel febre vel inflammatione. Febris est quasi inflammatio corporis universalis; inflammatio vero febris est particularis, quamvis & successive reliquum totum corpus in confessionem pertrahat. Citissime hi affectus necare solent homines, sanos antea & valentes; utpote operatio ignis & caloris perpetuo est celerima. Chronicī morbi, quia æstus & caloris diuturni sunt expertes, diutius persistunt & corpus affligunt, nec tam cito interficiunt. Ex quo intelligitur calorem si excessi-

A

cessivus sit, vitæ esse infensissimum. Verum enim
vero dicendum & hoc est, calidos & igneos morbos id
habere commodi, quod non tanta egeant opera & diffi-
cili methodo, vel remediorum copia, quam chronici:
sed protectio simplicissima est via & methodus perpau-
cis & simplicissimis remediis & temporis expecta-
tione iis medendi. Quin imo ita comparata est
peracutorum affectuum natura, ut motu hoc inten-
so se ipsos sanent & restituant corpus sine sin-
gulari medica ope. Et ibi maxime valet illud Hip-
pocraticum: Natura, motu nempe & calore instru-
cta, optima morborum medicatrix est. Accedit & hoc,
quod hi morbi accurate servent sua tempora, quibus
vel ad mortem, vel ad salutem tendunt, unde Critica vo-
cantur; qualia in morbis chronicis non deprehendun-
tur. Tametsi vero methodus medendi hisce affe-
ctibus non adeo sit difficilis: nihilominus vera pluri-
bus est incognita. Constitui in præsentiarum brevi-
ter & aphoristice exponere & tradere ea, quæ sub
certa & constanti experientia vidimus sanationi horum
morborum accommodata. DEUS secundet labo-
rem!

DE



DE PERIPNEUMONIA

OBSERVATIONES.

I.

Enflammatio pulmonum, quando summam tantum pulmonis partem infedit, instar erysipelatis, minus periculi alit: quo profunder, eo periculosior est.

II. Pulmo mirifice infarcitur sanguine, & ab eo distenditur, unde magna respirationis difficultas & pectoris oppresio, cum metu suffocationis & expectoratione impedita, adeat; Succedit quoque delirium cum facie rubicunda; quia sanguis ad caput cerebrumque declinatur, unde truces feroesque oculi apparent.

III. Quo respiratio est facilior & expectoratio liberius, eo minus periculi adeat; malum signum præbet diarrhoea, vel urina copiosa.

IV. Solvitur hic morbus plerumque septimo die largo sudore & expectoratione, quandoque etiam haemorrhagia.

V. Frequens est vere & hyeme, quandoque etiam epidemia, eademque corpora, quæ sanguine glutinoso abundant, maxime adoritur. Solet etiam familiaris esse iis, qui lauto delicatoque vietū utuntur, eademque saepius exoritur, si corpus vehementi motu caletactum gelido potu velaere refrigeratur.

VI. Senibus ob debilitatem valde infensa est, & lethalis, nec non iis, qui polyposas concretiones in pulmonibus habent; quique pereunt hoc morbo, plerumque nono die moriuntur, idque suppressa expectoratione.

fol. II

A 2

VII.

VII. Dissecto cadavere, pulmones mirum distenti, inflati, duri & infarcti crasso sanguine apparent, & injecti aquæ ad fundum delabuntur.

CURATIO.

Versatur in eo, ut pulmones quam citissime infarctu sanguinis liberentur, quod commodissime fit I. per Venæfctionem.

II. Materia intra pulmones detenta, resolvatur & per insensibilem transpirationem & blandam diaphoresin discutiatur, quo facit pulvis sequens cum apposita mixtura diaphoretica: Recipe antimonii diaphoretici, five cerussæ antimonii, mandibularum lucii pisces, dentis hippopotami, lapidum cancrorum, ana drachmam unam, nitri purificati drachmam semis, cinnabaris nati- vœ grana decem, misce, fiat pulvis, dosis est scrupulus unus, addi etiam potest sperma ceti. potest sumi singulis quatuor horis cum aqua florum sambuci, vel emul- sione amygdalarum aut semine papaveris.

CAUTELÆ.

I. Venæfctione non modo in juvenili sed & senili ætate hoc in affectu optima est, & secundum vehemen- tiam morbi repetenda, præfertim si corpus plethori- cum sit. Emittendus vero sanguis est simul & semel, satis largiter, facto amplio foramine, & quidem melius in latere opposito, in lecto, præcedente & subsequen- te blanda diaphoresi per infusum veron. vel scord., ita enim sanguis fluidior factus facilius reducitur in or- dinem.

II. Post

II. Post venæctionem ad sudorem blandum, sub quiete tamen, corpus disponendum est, idque commode præstari potest sequenti mixtura, quam optimam deprehendimus: & talis est. Rec. aquæ card. benedicti, scabiosæ, flor. sambuci flor. acaciæ ana unciam unam semis aquæ theriacalis unciam semis antimonii diaphor. drachmam unam, mixturæ simpl. diascordii Fracastorii ana drachinam semis, syr. papav. rhæados drachmas tres. detur tribus vicibus.

III. Reliquum tempus curationis pulvere præcipitante nitroso cinnabarino & mixtura simplici aut spiritu nitri dulci consumi potest.

IV. Anodyna, tam externe quam interne, in senibus, & ubi profundior est inflammatio, difficilisque respiratio, cautissime danda sunt, facile enim accedit delirium & expectorationis suppressio: circa diem vero criticum septimum instar veneni sunt. Si vero dolor valde est acutus, ætasque est juvenilis, diascord. cum diaphoreticis mixtum, præsertim sub morbi initii, excellens est remedium.

V. Externe oleum hyosciami cum unguento altheæ camphorato & spiritu salis ammoniaci mixtum, costis inunctum, præsertim sub gravi dolore, egregium est: caute vero offerendum est senibus, & qui habent difficilem expectorationem. Quandoque etiam utilis est spiritus vini camphoratus, cum croco mixtus externe, dum inflammationem impedit: sed videndum est, neminem calorem excite.

VI. Ad juvandam expectorationem sequens elect. valde proficuum est. Rec. olei amygdal. dulcium unciam semis, spermatis ceti drachmam semis, sacchari caniti unciam j. olei anisi, ligni sassafras ana guttas sex M. dosis drachma j.

VII. Quantum fieri potest bibat semper æger calide & quidem decoctum cornu cervi cum scorzonera radice glycirrhizæ sem. foeniculi.

VIII. Die septimo, sicuti omnis inflammatio, ita peripneumonia, quando feliciter res succedit, solvi solet, hinc circa illud tempus in quiete servandum corpus est, non obruendum cibis, nec ulla stimulantia aut anodynæ, vel externa refrigerantia permittenda.

IX. Quemadmodum in omni inflammatione, ita in hac, omne regimen calidum & inæquale, præsertim quoad lectum & hypocaustum est vitandum, laudatur autem temperatum.

X. Purgantia sicuti in principio omnis inflammationis: ita & in peripneumonia valde sunt inimica. quorsum etiam spectant clysteres acres.

DE PLEURITIDE SPURIA.

OBSERVATIONES.

I.

Differt peripneumonia a pleuritide, sive vera pleuritis a spuria, dum in illa affectus est pulmo, in hac pleura & musculi intercostales ibi stagnat sanguis, hic serum acre, ibi est dolor obtusus gravatus, hic acutus: ibi pulsus vehemens, hic magis durus: ibi magnum periculum vitæ, hic non adeo formidandum, ibi vehemens, tebris, hic mitior, ibi sputum cruentum, hic tussis magis sicca: & pleuritidis spuria mala administratione facile cedit in empyema, phthisin, & hecticam.

II. In utraque infidet tussis, febris & dolor lateris & expectoratio difficilis, & cum malum nil nisi rheumatismus sive arthritis sit intercostalis, hinc venæsectio, nisi urgeat plethora, non necessaria, sed sufficiunt hic sola dia-

diaphoretica, uti liquor noster bezoardicus superius de-
scriptus, pulveres præcipitantes cinnabarino-nitrosi : ex-
terne vero egregium est emplastrum Viginis cum mer-
curio crudo, addito croco, camphora, oleo que hyoscyami.

CAUTELÆ.

I. Si lympha est nimis acris & tussis vehemens, pil-
lulae styracis circa noctem sunt adsumenda ; emulsiones
quoque ex pinearum nucleis recentibus, semine car-
dui Mariae cum decocto cornu cervi, egregiae sunt.

II. Quando 14. die tussis non cessat, indicium est
empyematis futuri, & tunc externe balsamum sulphuris
cum oleo lini paratum, admixta camphora, egregium est.

III. In principio pleuritidis spuriæ spiritus vini cam-
phoratus cum opio, croco, oleo nucis moschatæ destilla-
to mixtus, externe tutissimus est.

*DE INFLAMMATIONE VENTRICULI ET IN-
TESTINORUM.*

OBSERVATIONES.

I.

Frequens hic adfectus, sed parum cognitus Medicis,
a quibus deprehenditur raro, idem maxime pericu-
losus. Sub hoc ardor & dolor vehementissimus circa scro-
biculum cordis, sitis, conatus ad vomendum, extremo-
rum frigus & internus æstus, anxietas maxima ab affum-
ptis, sive liquidis, sive solidis ægros maxiime fatigant, ta-
lesque læduntur maxime a frigido potu.

II. In graviore malo accedit singultus, deliquium
animi, corporis inflatio, & frequens per intervalla lim-
pidi liquoris in os regurgitatio.

III. Fit plerumque a potu frigido corpori valde
calefacto immisso, item a gravi iracundia, præsertim sup-
pressa, & cibo mox superingesto : særissime autem fit a
vene-

venenis corrosivis & causticis, vomitorii & purgantibus
acribus, præsertim si potus frigidus ipsis adjiciatur, item
si in febre acuta, vel post iram, forte emeti cum datur.

IV. Quandoque febribus ardentibus & biliosis, item
cholerico morbo, inflammatio duodeni & partis pancre-
atis, quæ jacet juxta duodenum, adsociatur, quando co-
mite n habet icterum, tunc a cholodocho ductu, inflam-
matione constricto, bilis regurgitat ad sanguinem.

V. Oesophagus quoque nonnunquam inflamma-
tur, idque fit in malignis morbis, dysenteria, febribus bili-
osis, venenis assumptis, & tunc sentitur aestus maximus
in faucibus & dolor secundum longitudinem dor-
fi, & mox regurgitare solet potus assumptus ad os, in-
flammantur vero intestina, plerumque in passione iliaca,
dum ob herniam incarceratae fœces per intestina non
possunt transire, interdum etiam in gravissimo dolore
colico.

VI. Signa inflammationis intestinalium sunt tormi-
na acutissima, & contractiones dolorificæ circa umbi-
licum, alvi constrictio firmissima cum febre, vigilia, ex-
tremorum frigore, interno ardore instar prunæ can-
dantis, singultu.

VII. Hæc inflammatio quo levior, & quo ma-
gis erysipelatis instar summæ parti membranarum inhæ-
ret, eo major spes esse debet curationis. Si profundior
insedit, corpusque eacochymicum corripuit, majus pe-
riculum & promptior ad sphacelum interitumque tran-
itus est.

CURATIO.

Intentio curativa eo maxime dirigenda, ut blanda dia-
phoresi successive discutiatur inflammationis materia,
deinde ardor, nimiusque dolor contemperetur: cui scopo
idonea sunt sequentia:

I. Re-

I. Recipe spiritus nitri dulcis bene præparati unciam semis, camphoræ grana sex, spiritus CC. drachmam unam. misce: dosis guttæ XX. vel XXX.

II. Recipe pulveris Marchionis drachmam unam, nitri purificati grana sex, theriacæ cœlestis granum unum. Misce fiat pulvis, dividatur in tres partes.

III. Rec. Spiritus vini camphorati uncias duas olei nucistæ destillati unciam semis, balsami peruviani drachmam unam, croci scrupulum unum: solve & filtra, quo linimento externe pars affecta calide foyetur.

CAUTELÆ.

I. Si plethoricum est corpus, in principio statim venæ seccio juvat, cavendum autem ab ea penitus est, si extrema frigent, si pulsus est debilis & languidus, si vires sunt dejectæ, & malum jam increvit, neque conductit tunc, quando inflammatione nata fuit a causa externa, venenis &c.

II. Vitanda sunt vinum, omnia spirituosa, frigida, acria, acida, purgantia & constringentia, opia quoque majori in dosi, hæc enim omnia inflammationem augment, & ad sphacelum disponunt. Potus assumendus est tepidus, nec nimis calidus, neque frigidus, dosi vero parciore.

III. Si a corrosivo veneno malum oritur, lac cum oleo amygdalarum dulcium, sed tepidum, magna in quantitate hauriatur. Præstat in omni inflammatione primarum viarum per clystere valvum servare apertam.

IV. Si inflammatio ventriculi jungitur morbillis, purpuræ, petechiis, &c. cave a medicamentis vel modice acribus, stimulantibus, acidisque, spirituosis quoque. Cremor hordei, juscula ayenacea, gelatinæ omnium sunt

B

opti-

optimæ, præsertim si a manifesta acrimonia prima in re-
gione contenta, suscitetur malum.

VI. Respiciendum maxime eo est, ut corpus con-
servetur in debita quiete, leni calore, blandaque diapho-
resi, atque sudore, fugere etiam oportet talem omnes ani-
mi perturbationes, quæ sub hoc malo veneni instar
nocent.

DE ANGINA.

I.

Angina est inflammatio muscularum tam laryngis
quam pharyngis. Si laryngis musculi laborant, dif-
ficilior respiratio est: si pharyngis, deglutitio. Et hæc est
vera angina, & cognoscitur ex ardore in faucibus, do-
lore, tumore faucium, deglutitionis & respirationis
difficultate, lancinatione in deglutitione, collum porro ru-
bet ac tumet, facies, lingua inflatur & obscure rubi-
cunda cernitur & dolor usque ad cervicem sese ex-
tendit.

II. Alia est angina spuria & pituitosa, hæc magis ex-
trinsecus adparet cum tumore glandularum & minori
periculo. Fauces scatent multa acri pituita. Scorbu-
ticos & qui catarrhis subinde excentur, corripit, idque
tempore in primis autumnali. Surgit plerumque etiam
febris catarrhalis.

III. Differt quoque angina ab aphthis sive pustulis
ardentibus in lingua & faucibus. Neque etiam angina
vera confundi debet, cum spasmo fauces constringente,
& respirationem sufflaminante, qui hystericas fami-
iliaris est.

IV. Notandum quod angina & vera & spuria ple-
rumque epidemici affectus sint. Aphthæ symptomata

ta

ta sunt cum serosa inflammatione fauciūm s̄epissime febrium ardentiūm, bilioſanūm, malignarūm, catharraliūm, epidemicarūm, variolarūm, morbillorūm, dysenteriæ, ventriculi & oris inflammationis, vel etiam si diarrhēa nimis cito supprimitur in febribus, alvusque constricta est: vel si excretiones erysipelaceæ, nonnullis subjectis scorbuticis consuetæ, cessant vel supprimuntur.

CURATIO.

Quoniam angina vera a stagnatione sanguinis fit, glandulosa vero inflammatio fauciūm a valde acri erodente lympha; utique in priore edocetur, ut sanguis discutatur, in posteriore ut acredo lymphæ demulceatur, serumque divertatur per alia loca.

I. In angina itaque vera venæ ſectio statim in brachio, ſub lingua altero die instituatur.

II. Ante omnia alvus aperiatur & clyster stimulans applicetur.

III. Camphora cum nitro mixta omne punctum absolvit, potest spiritus nitri dulcis cum paucō camphoræ misceri, & addi aliiquid de effentia croci, & ſpiritu Buffii,

IV. Cataplasma sequens in omni inflammatorio fauciūm affectu egregium est. Rec. Nidum hirundinum cum ſtercore numero unum, herbæ cardui benedicti, ſcordii, ana manipulum unum, florū meliloti, ſambuci, ana pugillos quatuor, ſeminis dauci, anethi, theriacæ unicam ſemis, croci drachmam unam, camphoræ drachmā tres, coque in aqua florū ſambuci.

V. Ubi fauciūm est inflammatio, orisque ſunt ulcerala, ſequens gargarisma uſui erit. Rec. Radicis altheæ unciam unam, herbæ ſalviæ, prunellæ, ana mani- pulum unum, florū ſambuci pugillos tres, ficus pin-

B 2 gues

gues numerō X. passūlarum majorum uncias duas, rā-
dīcis glycyrrhizæ drachmas sex, coque in sufficienti
quantitate aquæ communis, colaturæ potest addi nitrum
purificatum.

CAUTELÆ.

I. In angina vera post venæ sectionem & fudo-
riferum externe spiritus vini camphoratus cum essen-
tia croci & castorei mixtus applicari potest, quod va-
let etiam quando a spasmo faucium sit in hysteris con-
strictio.

II. Quando faucium substantia glandulosa est in-
flammata, pulvis D. Præsidis præcipitanit nosus subjun-
ctis laxantibus vel pillulis polychrestis, vel infuso ex
rhabararo, foliis senæ, passulis & tartaro compositum
erit optimum. Externe emplastrum meliloti cum
croco & balsamo peruviano mixtum convenit,

III. In aphthis externe commodissimum est ad-
hibere linimentum paratum ex mucilagine semenis cy-
doniorum cum aqua roscarum, sambuci, spermati ra-
narum, addi potest crocus mel & parum nitri.

IV. Inter gargarismata merito debent exulare o-
mnia acria, omnia constringentia, omnia frigida & spi-
rituosa. Si vero inflammationi jungitur in scorbuticis
magna putredo & foetor oris, tunc spiritus vitrioli gar-
garistibus infusus vel quandoque etiam pro re nata,
spiritus salis ammoniaci adhiberi possunt.

V. Pediluvia in omni faucium affectu, derivando
sanguinem & humores versus inferiora, laudatissima
esse solent: si inflammatio putredinosa scorbutica diu
vexat, essentia succini cum tinctura antimonii acri, fi-
quor

quor cornū cervi succinatus, idem pillulae nostrae purgantes polychre st̄æ in usum vocari debent.

VI. Videndum in inflammatione acuta & ardente faecium, num ægri possint ferre gargarismatum injectionem per syphonem, quandoquo enim hoc motu malum exasperatur dolorque & inflammatio augetur.

DE PHRENITIDE.

OBSERVATIONES.

I.

Phrenitis est inflammatio membranarum cerebri, quæ se manifestat delirio feroci cum oculis rigentibus fulgentibusque, febre ardente, vigiliis assiduis, rubore faciei, & arteriarum vehementi circa tempora pulsu. Differt phrenitis a mania, quod illa sit affectus acutus & ut plurimum febrium symptoma valde periculosum : mania vero malum chronicum sine periculo & febre.

II. Omnibus inflammatoriis febribus, peripneumoniae, variolis, morbo Hungarico & ardentibus biliosis facile accedit phrenitis eademque viris magis familiaris quam foeminitis, juvenibus quam adultis. Præcedere solet intolerabilis capitis dolor, pulsatio interna in capite, urina copiosa turbida & alba, pedum frigus, corporis rigor, oculorum ferocia, pulsus parvus & rarus, potus parcus, vigilæ diuturnæ & subsequi saepius solet vel nimium calidorum, vel nimium oplatorum diætis in morbis abusum, definit in convulsionem & tertio die plerumque est fatalis. Sequitur etiam ictus & percussiones capitis periculosas.

III. Terminatur salutaliter per narium hæmorrhagias.

rhagiam ; per largum sudorem, qui tamen esse debet cum febris & pulsus remissione, quandoque cessat, somno profundo oborto, sed remittere etiam debet calor. Stillicidium sanguinis ad paucas guttas in continuis febribus, circa quartum vel septimum diem, in morbillis, in variolis, malignis prænunciat ut plurimum phrenitidem subsecuturam.

CURATIO.

I. Curatio hujus periculosi affectus versatur in eo, ut sanguini congestio a capite avertatur, & quasi ad inferiora derivetur.

II. Ut stasis ejus in membranis cerebri impediatur. Ex medicamentis commendatisima sunt, quæ ex nitro & camphora constant. Rec. nitri purificati scrupulum unum, camphoræ grana tria, cinnabaris nativæ grana X. misce, offeratur singulis tribus horis. Externe pulmo calidus vituli capiti raso applicetur, vel spiritus vini camphoratus cum oleo ligni rhodii & essentia castorii mixtus sedulo admoveatur collo & nucha.

III. Delirium phreniticum avertunt alvum aperi-entia, inter quæ egregium locum obtinet sequens remedium. Rec. Auri fulminantis grana X., arcani duplicati drachmas duas, misce pro una dosi in convenienti vehiculo.

CAUTELA.

I. Venæsectio in brachio, si phrenitis est symptomata febrium, caute, vel nunquam administranda, potest autem ex sublingualibus, imminente delirio, mitti sanguis vel etiam more Ægyptiacorum nares scarificari. Præsente vero delirio, venam sub lingua tundere non licet,

licet, partim quod commode fieri nequeat, & ob metum quoque lethalis hæmorrhagiæ. In continuis febribus alicuium stimulantia, nisi inflammatio in primis viis id impedit, egregie delirium disipant, sed in variolis, morbillis, purpura cavendum ab illis, sique ante eruptionem hoc malum contingat, ultro saepius facta eruptione solet cessare & applicatio spiritus vini camphorati, cum oleo ligni rhodii mixti, laudem meretur.

II. Alvus irritanda est clysteribus stimulantibus, ex salibus acribus. In omni phrenitidis metu cavendum est maxime ab opiatibus & narcoticis, praesertim si febris fuerit conjuncta maligna & pulsus debilis. Testantur observationes, ab incauto usu opiatorum in febribus, mentis alienationem fuisse inductam. Quando vero dilirium accidit ex dolorum vehementia, vel a causa externa, vel ab humorum acrimonia, tunc emulsiones papaveraceæ & cataplasmata ex nucleis persicorum, semine papaveris, succo rosarum cum oculis cancerorum fluiatilium nitro & sale egregia sunt, pedes a frigore defendendi & decoctum cornu cervi acidulatum copiose & calide offeratur ut corpus sufficienter humectetur inque continuo madore servetur.

III. Cavendum maxime est in statu malignarum & catharralium mali moris, ne theriacalia, item diascordium Fracastorii magna in quantitate adhibeantur, neque diarrhœa sudoriferis vel adstringentibus cohibeatur, facile enim sequitur delirium.

DE OPHTHALMIA.

I.

OPhthalmia est inflammatio membranarum oculi, ea que modo periculosior est, modo periculo caret. Mi-

Minoris utique momenti habetur, si tunica tantum adnatà mali sedes est, magis terrere debet, si & inflammatio profundior & reliqua tunicæ, præcipue sclerotis & uera, simul adficiuntur: major enim est metus suppurationis & subsequentis cœcitatris. Inducitur sæpius non modo a causa externa acri, corrosiva, vel aspera materia illapsa in oculum, sed etiam ab interna, ebrietate, motu animi fortiori, hæmorrhagia narium suppressa, vel venæ fætione consueta omissa, junctus est dolor oculorum arduus qui lucis adspicere augetur.

II. Sæpissime ophthalmia est epidemia, sub qua positus planetarum & mutationes subitas ventorum considerare oportet, quæ dum mutationem & inæqualitatem aeris efficiunt, sanguini & humoribus hinc inde statim inferunt. A scabie, imo tinea capitis retrorpulsa, vel pustulis faciei a cosmeticis retrocedentibus, refrigeratione capitis transpirationem impediens hoc subnasci sæpe malum, medicæ loquuntur observationes.

III. Attentiorum curam desiderant, quando rebellis est, si diu durat, cum hæmocrania jungitur, si sénibus accedit, & glandulæ colli inflatae & induratae simul sunt.

IV. Infantes & pueri sanguine turgidi, quibus vasa capitis turgent a sanguine & humoribus, & ad hæmorrhagias narium proclives sunt, sæpius corripiuntur inflammatione & acri ex oculis de fluxione.

V. Nonnunquam hic affectus est periodicus & certis ac statis anni temporibus revertitur.

VI. Ophthalmia merito in veram et nocturnam distinguatur, illa est magis sanguinea hæc vero serosa & largior em lachrymarum effusionem comitem habet & lippis

tudinem produciti ac malum magis chronicum est.

CURATIO.

Absolvitur iis remediis, quæ sanguinis & humorum impetum & congestionem a capite & oculis divertunt, sanguinemque in tunicis oculorum desidentem discutunt. Quem in finem commendari meretur.

I. Hoc purgans: Rec. Mercurii dulcis grana sex, auri fulminantis diagridii sulphurati ana grana, tria, extr. panchym. Cr. gr. decem. Potest harum pilularum usus aliquoties repeti,

II. Si subjectum est plethoricum, temperamentum sanguineum, ætas juvenilis, & sanguinis excretionibus corpus assuetum, ante omnia venæ sectio vel in manu vel in pede administranda, aut cucurbitulæ nuchæ applicandæ sunt.

III. Pediluvia, quibus profunde immergeuntur pedes, ad derivandum humorum impetum a capite, efficacissima sunt,

IV. Inter externa laudem meretur sequens: Rec. Aquæ flor, sambuci, rosarum, spermatis ranarum, aquæ Regin. Hungariæ ana unciam semis, magisterii saturni, tutiæ, ana drachmam unam, sacchari saturni grana VI, camphoræ grana duo misce, applicetur tepide,

CAUTELÆ.

I. Si affectus est chronicus & lippitudo sèpius revertitur, præsertim in infantibus, vesicatoria nuchæ applicata, vel etiam fonticuli in brachii, solatium affrunt præsentissimum.

II. Quando minus profunda est & in summa tan-

C

turn

37

tum cute consedit, & a causa externa producta est, saepius albumen ovi cum aqua rosarum & pauca aluminis quantitate mixtum & bene agitatum omne absolvit punctum. Vehementer vero ab his, & omnibus repellentibus abstinentia est in symptomatica, praesertim scorbutica & profundiori.

III. In senibus contumaces ophthalmiae, & cum gravi capitibus dolore junctae saepius, non sine magno emolumento, tractantur cum spirituosis, uti spiritu vini camphorato, vel melius Balsamo vitae nostro, applicatis hisce circa ambitum partis affectae.

IV. Collyria frigide applicata, praesertim si urget gravior affectus in oculis, nocentissima sunt, & non semel inde observata fuit visus imminutio & oculorum turbidus aspectus.

V. Nonnullorum oculi plane recusant topica, sive aquea, sive spirituosa, aut demulcentia sint, quo casu in temperato tantum calore pars affecta servetur, lucern & splendidum colorem fugiendo. Egregii vero usus est sola tutia cum aqua rosarum & vino in linimentum redacta & inuncta.

VI. Quemadmodum vitriolum veneris parce & cante applicatum cum aquis ophthalmicis præservat ab acribus defluxionibus: ita hoc & alia acria nocentissima sunt oculis, ubi morbus vel defluxio eos occupat.

VII. In scorbutica diuturna & saepius repetente ophthalmia, habenda est ratio hypochondriorum & ventriculi, unde acidulae, thermæ, laxantia, stomachica, balsamica tune eximiam locant operam.

VIII. Cavendum est ab omnibus tumis, exhalationibus acribus, spirituosis acribus, raphano, allio, salinis, si-
ve

ve sint medicamenta, sive alimenta, a vento quoque septentrionali, maxime omnium vero alius semper lubrica emollientibus & lubricantibus cibis est servanda, & a lucubrationibus & aspectu lucis ignis & radiorum solarium oculi sunt defendendi.

DE INFLAMMATIONE HEPATIS.

OBSERVATIONES.

I.

RAIOR est affectus quam peripneumonia, sed periculisior, praesertim, si non in superficie consistit, sed profundorem sedem habet, inque parte concava exstat, ubi propter varios ductus in hepar ingredientes & egredientes, vasa sanguinea, nervos, ductus biliarios valde sensibles, gravibus symptomatibus infestus est: haec sunt singultus, vomitus, cardialgia, ardor & dolor fixus sub scrobiculo cordis, versus latus dextrum, febris, tussis siccæ, inspiratio difficultis, alvus adstricta.

II. Quando in convexa parte erysipelate hepar affectum est, tunc in costis spuriis lateris dextri dolor gravatus, constrictivus & punctorius percipitur cum tussi, febre, respiratione difficulti, & tunc mentiri solet pleuritidem spuriam facileque cum hac confunditur.

III. Distinguitur hepatitis a pleuritide spuria dolore & febre ac respiratione remissiori & dolore infra diaphragma, haec facilius dissipatur & die septimo finitur sudore; quandoque haemorrhagia; illa vero, si res male succedit, in convulsiones pericolosas abit, vel si diutius durat, aliquid heptici vel hydropici ob abscessus latentes post se relinquit.

IV. Obnoxii huic malo sunt sanguinci, habitus

C 2

cor-

corporis spongiosi & porosi, & qui solennes & consuetudines naturales aut artificiales sanguinis missiones omiserunt; maxime vero fit a refrigeratione vel externa vel interna corporis antea intensius calefacti per potum spirituosum, per sudorifera, vel balnea, spiritus vini abusum, fit quoque ex vehementi iracundia eaque cohibita, & desuper sumpto cibo vel potu frigido: jungitur inflammatio duodeni & duetum biliariorum item pancreaticis cum gravibus symptomatibus.

CURATIO.

I. Maxime laborandum est, ut blanda diaphoresi, vel sanguis, vel alias humor stagnans discutiatur. Eum in finem blanda, sed continua, sub temperato regimine, opus est diaphoresi & deflatione halitiosa, quod potest praestari per bonam mixturam simplicem aut nostram diaphoreticam supra propositam, aut melius per spiritum bezoardicum cum liquore anodynō nostro minerali mixtum.

II. Interpolari debent ea, quae fixioris indolis sunt, quæquæ astum simul temperant, & dolores mitigant, uti est pulvis præcipitans nitroso cinnabarinus.

III. Utile est, infusum frequenter bibere, veronicae, scordii calide, & loco potus ordinarii decoctum C.C. cum hordeo & scorzonera.

IV. Commendari meretur sequens linimentum contra inflammations parti affectæ admovendum. Recipe spiritus vini camphorati uncias duas, nitri artificialis in aqua florum sambuci soluti drachmam unam, essentiae castorei, crocianæ drachmam unam semis, misce.

CAU-

CAUTELÆ.

I. Venæ sectio mox in principio adhibita magnæ plerumque est efficaciam, in progressu autem morbi die quarto vel quinto non facile est administranda.

II. Abstinendum ab omnibus fortioribus stimulantibus, sive purgantia sive sint sudorifera, temperata vero in omni febre inflammatoria optima, nihilominus alvus lubrica servanda clysteribus, & interne ultra arcanum duplicatum & magnesiam non ascendendum est loco stimuli.

III. Papaveracea cautissime sunt propinanda, laboriosum plerumque & gravem somnum, insomniis terrificis plenum, nec non anxietates & inquietem efficiunt, quæ membrorum jactatione sese manifestat.

IV. Abstinendum ab omni frigido potu, præser-
tim si singultus & diarrhæa complicantur, aut icterus
adest, sed præstat omnia tēpide assumere.

V. Si in ullo morbo certe in hoc iracundia & gra-
vior animi commotio, instar venenii est. Plerumque ac-
cidit, quod ante huius morbi accessionem animus ad
præcipites affectus admodum proclivis sit.

VI. Cavendum etiam ne recidiva fiat, quæ iracun-
diam & repentinam a morbo refrigerationem neque
minus abusum vini, vel generosi potus sequitur.

DE INFLAMMATIONE RENUM ET VESICÆ.

OBSERVATIONES.

I.

Dicitur hic affectus nephritis, & fit ex sanguine sta-
gnante circa renes: symptomata sunt ardor in lum-
bis

bis maximus, mictio difficilis, febris plerumque jungitur sanguineis item vomitus, alvus adstricta: degenerat facile, si perseverat, in tabem & hecticam, vias autem urinarias ipsosque renes ad generationem calculorum valde disponit.

H. Distinguendum inter leviorem & profundiorum inflammationem renum est, illa minus periculosa, & magis in partibus musculosis residet & species rheumatismi est, et pro causa saepius haemorrhoides suppressas agnoscit: habetur vulgo nephritis pro renum calculo; sed male. Haec diurna, & hecticos affectus relinquit, praecedere solet inflammationi renum dolor in lumbis gravatus, mictus paucus & rubicundus.

III. Obnoxii sunt huic affectui sanguinei, & qui haemorrhagiis sive per anum sive per nares assueti, vel copiosum sanguinem habent in venis, qui phlebotomia non evacuatur.

IV. Disponunt ad hoc malum omnia diuretica calida & fortiora, vini & spiritus vini abusus, neque minus balnea & equitatio.

V. Inflammata vesicam patefaciunt dolor circa regionem pubis cum pondere constringens, mictus difficilis, stranguria, urina pauca & glutinosa turbida, tenuissimus & lenta febris. Magis familiaris est viris quam foeminis, senibus quam juvenibus, praesertim haemorrhoidalibus, aut calculo renum vel vesicæ laborantibus, malum solet esse diuturnum & difficilioris sanationis, degenerat quandoque in verum ulcus.

CURATIO.

Horum affectuum ferme eadem est, sed distinctio
est

est adhibenda inter principium & progressum morbi,
ut pote ibi venæ sectio, præsertim in pede, nec non ni-
trofa cum camphora mixta omne punctum absolvunt;
si vero materia purulenta adest, decoctum vulnerarium
ex urtica mortua, equiseto, hedera terrestri, feminine ly-
copodii, radice glycyrrhizæ valde est proficuum.

CAUTELÆ.

I. Vénæ sectio in pede, præsertim in plethoricis item
applicatio hirudinum in hæmorrhidibus obstructis vel
trictio circa anum in dispositis ad hunc fluxum, egregi-
um afferunt solarien & præservant ab hoc malo.

II. Cavendum est a lacte, & longe magis ab ejus
cura, præsertim in dispositione ad nephritidem vel ad cal-
culum; plethoricis lac nunquam bonum est, sed serum
lactis optimum.

III. Exterius unguentum Comitissæ mixtum
cum saccharo saturni, item unguentum de alabastro lum-
bis applicetur non sine emolumento. Externe vero ole-
um terebinthinæ, juniperi, omniaque calida vitanda sunt,
abstinendum quoque a vino, spiritu vini & ab omnibus
calidis diureticis. Corpus quoque conservandum est in
quiete, multo minus equitatio utilis est.

DE INFLAMMATIONE ERYSIPELACEA.

OBSERVATIONES.

I.

Erysipelas ordinario invadere solet subito cum hor-
rore vehementi, subsequitur magnus æstus, pulsus
vehemens & celer, quandoque etiam post horrorem die
primo

primo vomitus, lassitudo corporis, & dolor, tensio, rubor tumorque in pede, vel in facie. Tertio autem vel quarto die plenarie erysipelas partem occupat. Si pedem adoritur, in ejus latere glandulæ iliacæ tument, dolent & inflamatæ sunt.

II. Quandoque erysipelaceæ febres sunt epidemicæ & mali moris, faciem plerumque in plethorico caco-chymicis occupant cum dolore capitis, affectu soporofo, & quandoque ad quatuordecim dies extenduntur, inter quod tempus per insensibilem transpirationem, vel sensibilem diaphoresin finiuntur.

III. In senibus erysipelas, si sèpius revertitur, præsertim si cacochymici fuerint, tandem eo moriuntur, febre, delirio vel affectu soporofo superveniente.

IV. Retrocessio ejus, vel vesicularum eruptio sèpius tunesta esse solet.

V. Subnascitur ex cruditatibus primarum viarum, iracundia, transpiratione prohibita, præcedente terrore, amat maxime corpora cachectica & cacochymica.

CURATIO.

Perficitur quando serum biliosum acre in tubulis minimis & poris cutis stagnans discutitur, cruditates viscidæ in primis viis absterguntur, & ardor sanguinis temperatur. His indicationibus respondent sequentia:

I. Pulvis præcipitans nitrosus noster detur interpolato usu spiritus nostri bezoardici.

II. Clystere alvus aperiatur. Interne vero ad eam aperiendam comodum est, decocto tamarindorum mannatō uti, quando illorum uncia una cum quatuor uncii aquæ

aqua & uncii duabus manuæ leniter decoquitur, addendo cremoris tartari dimidiā drachmam pro una dosi.

CAUTELÆ.

I. Venæ sectio caute instituenda est, præsertim jam morbo præsente, periculum enim est, ne retrocedat mala, vel ejus expulsio inhibeatur, in plethoricis tamen & robustis corporibus usum quandoque habet, sed post eam propinetur temperatum diaphoreticum cum regime.

II. In facie si consistit, mali moris est, præstat abstinere ab omnibus topicis liquidis, & internis tantum insistere.

III. Ex improviso usu topicorum, adstringentium, unguentorum, cataplasmatum exulceratio, vel sphacelatio quandoque observata fuit. Tūtiora sunt sicca, pulveres ex farina fabarum, camphora, myrrha, croco, fibribus sambuci compositi.

IV. In erysipelate diurno, scorbutico, cacochymicis corporibus diu sepe protrahit cura, & ad defendantum sphacelum, præsertim si membrum referunt est vesiculis, & flaccescit, linimentum supra titulo de inflammatione hepatis contra inflammations commendatum, emolumento erit.

V. Cave ne in soporo affectu, qui quandoque symptomata est erysipelatis, calida & volatilia adhibeas, efficiunt enim gravium symptomatum accessiones.

D

DE

DE INFLAMMATIONE UTERI
OBSERVATIONES.

I.

Inflammatur uterus saepissime in puerperis cum gravissima febre continua, cui, quando complicatur delirium, praesens vita adest periculum.

II. Nascitur adfectus a suppressis lochiis; causam praebent terror, refrigeratio, ira & tormenta ac pathemata abdominis spasmodica.

III. Quando menses nimium profluant, & stypticis tam internis, quam externis sanguis repente sistitur, inflammatio accedit, & ex hac saepius apostema cum maximo dolore & subsequente hectica,

CURATIO.

I. In suppressis lochiis venæ sectio est in pede utilissima.

II. Pulveres bezoardici, nitrosi nec non liquores diaphoretici temperati, ut spiritus noster bezoardicus cum anodyno minerali mixtus in usum trahantur.

CAUTELE.

I. Nocentissima sunt omnia calida pellentia, myrra, succinata ad promovendum lochiorum fluxum, sed potius febri, dolori & spastico est resistendum.

II. Castorina refracta dosi semper commisceantur remediis.




Uh 214



SB

KC.





Z.

EDICA INAUGURALIS
RADENS

**INDIOSAM
ICAM PRA-
AMMATIONUM
CAUTELIS,**

Quam
AGNIFICENTISSIMO
PRINCIPE AC DOMINO,
ICO WILHELMO,
SSICI HEREDE &c. &c.

PRÆSIDIO
ICI HOFFMANNI,
HILOS. NAT. P.P. ORDINARIL.
DRUSS. CONSILIARII ET AR-
TRI h.t. DECANI,

LICENTIA

lica honores juraque & Privilegia
re majorum, legitime assumendi
Anno Salutis M DCC V.
IT ORIO MAJORI,
ante & pomeridianis,
torum examini submittit

HACK, von Anderau
Medicinae Practicus Viennensis.

JOHANN. GRUNERI, Acad. Typogr.